



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXII. Tolerantia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

CAP. XX.

Timor.

Axioma I.

Timere debemus eum, qui erigit & deprimit, c. 2. §. humani 16. q. 2.

II.

Timetur plus quod specialiter injungitur, quam quod generaliter imperatur, c. si adversus 11. extr. de heretic.

III.

Timor attenuat culpam c. sicut. 6. extr. de homicid. timore enim quod legitime fit, factum non dicitur c. qui ex 8. extr. de R. I.

IV.

Timor Dei quos a malo non revocat, poena temporalis puniuntur, c. ut Clericorum 13. extr. de Vit. & honest. Cleric.

V.

Timorem aliis inferre debet poena unius, c. 1. extr. de excess. Pralat. vid. supr. lib. XIV. cap. Panna.

VI.

Timore magistratus moveri non debet, clem. 1. propter. de heretic. nec timore iudex judicare, c. 1. de sent. & re jud. & timore remoto testis ferre testimonium, c. licet. 47. extr. de testib.

VII.

Timore, cupiditate, odio, amore, pervertitur humanum iudicium, c. quatuor. 11. q. 3. Timor enim, amor & avaritia plerumque sensus hebetant humanos & pervertunt opiniones, ut questum pietatem putent, & pecuniam quasi mercedem prudentiae, c. accusatores. 3. q. 5.

VIII.

Timore qui sunt ejedti aut vi vel rebus suis exspoliati, antequam restituantur, non debent vocati respondere, c. ult. §. quast. 2.

CAP. XXI.

Titulus vid. supra Nomē.

Axioma I.

Titulus dicitur principium possessionis, sine quo nemo verē possidet, c. dilectio 9. potest. 6. quast. 3.

II.

Titulum pro se habens intelligitur potiora jura habere, quam habet is qui praescriptione sola nititur, gloss. in c. licet causam. verb. titulum. ff. de probat. Bart. in l. si duo num. 4. ff. uti possidet. Modestini. Pistor. conf. 12. num. 46. vol. 1. & conf. 6. in fin. vol. 2. Vult. 2. conf. Marpurg. 30. num. 81. praesertim quando cum titulo etiam concurrat possessio, quae possessio titulata merito anteponi debet possessioni nullo titulo suffulta, per ea quae consuluit Modest. Pistor. conf. 14. num. 22. vol. 1.

III.

Titulus debet allegari & probari, ubi jus commune vel praesumptio est contra praescribentem, c. dudum 33. extr. de decimis. nisi sit praescriptio,

cujus contrarii non extet memoria, d. c. dudum, confer Sebast. Medic. in tract. de acquir. conferv. & amitt. rer. domin. in verbo aut in confervando n. 307. Hartman. Pistor. 2. quast. 46. & supra locum de Editione.

IV.

Titulum allegans, & praescriptionem probans satis probasse intelligitur, Paris. conf. 32. numer. 5. vol. 2. & conf. 25. n. 18. vol. 3. adde. nim est legis illa praesumptio efficax, ut quidem sit ipsum titulum allegare, cum ex eo satis sit notus, atque eo ipso allegatus censetur, quo tempus demonstratur. Myns. 1. obs. 30. Vult. d. conf. 32. n. 70. Jason in l. si certis annis limit. 10. C. de pact. Guid. Papae decif. Gratianop. 408. in fin. Afflic. decif. Neapolit. 239. in fin. Gozadin. conf. 8. n. 38. Lofred. conf. 40. n. 38. Burlat. conf. 127. num. 27.

Intellige verum scilicet quoad praescriptionem temporis longissimi, quippe quod hac ipsa praescriptio sit titulus, quo dominium acquiritur, nec alium titulum desideret, c. de quarta 4. extr. de praescript. & in c. 1. eod. in 6. Decian. conf. 35. n. 31. vol. 3. ubi dicit ex possessione etiam 20. annorum iustum titulum praesumi, quod probat etiam Welf. p. 1. conf. 4. num. 79.

V.

Titulum habere nullum, aut habere aliquem, sed vitiosum & injustum, sunt paria, Bald. in l. in civilem C. de furt. n. 2. Panorm. in c. gravis numer. 7. de restit. spoliat. Afflic. in c. 1. §. si quis per triginta. 2. F. 26. ita ut ejusmodi possessio nullum jus tribuat. Menoch. de praesumpt. 6. praef. 76. numer. 6. siquidem possessio sine titulo injusta praesumitur. Decian. conf. 87. n. 18. vol. 5. quapropter vitiosum titulum non relevare dixit Fichard. conf. 17. n. 11. vol. 1. & possessionem vitiosam non opitulari, trad. Bellon. conf. 10. n. 1. 3. Decian. conf. 17. n. 18. vol. 4. Welsenb. 1. conf. 21. n. 20.

VI.

Titulum justum & legitimum habens, clandestinus vel violentus possessor dici non potest, l. si ve autem. 9. §. si duobus 4. ff. de publician. in rem act. l. clam possidere 6. ff. de acquir. poss. Menoch. de recup. poss. remed. 15. num. 18.

VII.

Quicumque titulus habilis est ad dominii translationem, ille quoque habilis est ad usucapionem, quia per usucapionem etiam dominium acquiritur, est enim adjectio dominii. Habiles ergo tituli sunt: emptio venditio, donatio, legatum, dotis datio, permutatio, transactio, iudicatum, derelictum.

CAP. XXII.

Tolerantia.

Axioma I.

Multa tolerantur per patientiam, quia non renunciantur vel accusantur, quae si in iudicium deducerentur, secundum justitiam cassarentur, cap. jam dudum 18. de praebend. Unde quando inferior vel imbecillior patitur aliquid in rem suam

suam committi à potentiore, id potius ex reverentia & familiaritate toleratum, aut certe magis per superioris impressionem, quam ex inferioris aut minus potentis voluntaria liberalitate & spontaneo assensu factum perpessumque censetur, ut proinde potentiori ejusmodi imbecillioris taciturnitas & patientia neque in possessorio quicquam proficiat Anton. & Padill. in l. si aquam n. 37. §. p. c. de servit. & aqua. Socin. jun. cons. 98. n. 36. vol. 3. Newmaier. in tract. von Stewren und Schakungen c. 4. p. 106.

CAP. XXIII. Tortura.

Axioma I.

Quoties primam torturam sustinuit inquisitus, toties nunquam de novo torquendus, nisi penitus nova indicia per se ad torturam sufficientia accedant, l. 18. §. 1. ff. de Quæst. on. Quia priora indicia per torturam penitus sunt purgata, & quoad illa præsumptionem innocentie pro se consecutus est tortus.

Declarat: ut non sit necessum, ut posteriora indicia prioribus sint evidentiora, uti quidem opinatur Zanger. de Tortura cap. 5. n. 14. sed sufficit, modò ab illis sint specie diversa & per se ad torturam apta, ut uti in se considerata respectu priorum sint infirmiora, cum priora nihil amplius ad substantiam posteriorum conferre possint. Brunnem. in process. Inquis. cap. 8. num. ult.

II.

Quoties delictum non meretur poenam corporis afflictivam, toties tortura non decernenda. Quia remedium inquirendi non debet gravius esse ipsa poenà: foret autem, si tortura corpus affligeretur, quod aliàs affligi non poterat. Exemplum est in stupro & aliis criminibus poenam carceris, relegationis aut pecuniariam inferentibus.

Declarat: ut tamen pro qualitate delicti teritio interdum realis, quæ sit apprehensione rei, & adhibitis instrumentis ad comprimendos pollices aptis, dictari possit, v. g. in adulterio, uti Carpzov. in Prax. Crim. q. 119. n. 52. tradit. Conf. Stryck. de Jure sens. diss. 7. cap. 4. n. pen. & ult.

CAP. XXIV. Totum.

Axioma I.

Totum non retinetur per partem, c. cum olim 18. extr. de præscript. cap. olim. 20. extr. de Censib. nec vitiatur per partem, cap. 1. extr. de Censur. SS. Eccles.

II.

Totum qui potest facere, multo magis ejus partem. c. pastor. 20. extr. de offic. deleg. sic ea quæ de tota re vindicanda, dicuntur, etiam, obtinent in parte vindicanda l. quæ de tota. 76. de Rei Vindic. Cic. in Bruto cap. 3. de LL. quod

enim in universo est probatum, id in partibus probari necessum est, quod & multis exemplis probatur, §. si rem suam. Insti. de legat. l. nihil. §. quæ Insti. de fideicom. hered. l. 3. pro derelicto. l. in ratione 30. §. rursus. ad L. Falcid. l. 51. fin. de admin. tut. Cujac. in Julian. lib. 8. ff. ad L. 3. de cond. sin. caus.

III.

Totum jus suum alienasse intelligitur, qui nihil exceptit, & potuit, c. quia 22. extr. de privileg.

IV.

TOTUM continet singulas partes, quia in integrali toto comprehenditur quilibet ejus pars, l. 1. §. si stipulant. 4. ff. de verb. obligat. l. scilicet 19. ff. de usufr. leg. l. in eo quod plus 110. l. in toto 113. ff. de Regulis Juris. c. plus 35. cap. in toto 80. eod. tit. lib. 6. [l. quæ de tota 76. de rei vind. l. 7. §. adeo. de pact. l. si quis cum totum. 7. de Except. rei judic. l. grege. 21. ff. de legat. 1.] Bald. cons. 153. Officiales. in princ. lib. 4. Federic. de Senis cons. 159. in fin. vers. item non obstat. ubi quod petens totum, si feratur absolutoria à toto, censetur etiam lata quoad singulas partes, Covar. var. lib. 1. cap. 2. num. 5. cum seqq. & cap. ult. num. 7. Alphan. colleclan. 82. Anton. Gomez. var. tom. 2. cap. 9. num. 4. Menochius de arbitr. lib. 2. cap. 47. numer. 6. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 8. lit. T. conclus. 336. per totam. Rot. decis. 144. n. 3. apud Farinac. p. 2. recent. [Totum n. aut est approbandum, aut reprobandum l. cum queritur 16. ff. de administr. tut. l. nam absurdum 7. ff. de bon. libert. idque procedit in omni ferè materia, nec circa eundem actum admittitur divisio, ut tradit Jason in l. contra juris. §. si filius. numer. 11. vers. quinto. & n. 12. ff. de pact. Tiraquell. in tract. convent. in fin. à num. 4. usque ad num. 16. Conf. Arg. cons. 24. num. 69. lib. 1. Unde & qui totum fundum petit & succubuit, exceptio rei judicata potest objici, si postea partem ejus fundi petere velit, quod pars sit in toto, ut refert Ulpianus in l. si quis 7. ff. de Exec. rei judic. Philip. Matth. ad l. 110. in princ. ff. de Reg. Jur. num. 8. Sic etiam relictum totius definit esse totum sublata unà parte integrali ipsius, l. cum qui ades 23. ff. de usufr. cap. l. solum 49. ff. de rei vindic. l. servitutes 9. ff. de servit. urb. pred. l. qui res 98. §. arcem 8. in fin. ff. de solut. Consil. illustr. 1. consil. 23. num. 4.]

Intellige, quando illa singulæ partes sunt indivisæ, secus verò quando illud totum constituens in partes divisas est distinctum, & divisum, ut citat Federic. de Senis d. cons. 159. n. 3. declarat Cardin. Tusch. d. conclus. 33. numer. 6. Unde in corpore